volitantibus phisici adscribunt.

72. Moles, distantiaque ignota nobis est sed insigniter ambae maximae.

73. Solem esse insigne ignis occearum vedetur negari non posse.

74. Ex hoc immenso fluido ingentes exeunt nubes, quas maculas appellamus.

75. Si ex Sole exeunt maculae, ac circa illum haerent suspensae, necesse est circumdari atmosphaera.

76. Hanc vero, nedum solares maculae, sed et lumen Zodiacale à Casino observatum dari suadent. cuius explicatio in circo.

77. Solem circa suum axem rotari et sphæroidali figura ad polos compressa, et ad aequatorem elevata, esse donatum, ex macularum motu coniiciunt phisici, et asserimus.

78. Luna variis maculis donata est: quarum aliae transeuntes sunt ab umbra montium in humiliora loca cadente provenientes; aliae constantes a materia quadam spongiosa et ad lucem reflectendam minus idonea.

79. Hanc esse corpus opacum totum suum lumen a Sole recipiens ex Eclipsibus patet.

80. Lunae motus tres sunt periodicus, nempe, diurnus ac vertiginis